



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus
distributa. Quorum primus De Angelis

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

Cap. I. An sit Angelis voluntas, & quid sit obiectum eius quæve
proprietates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

LIBER TERTIVS

DE VOLVNTATE ANGELORVM IN puro statu nature sue spectata.

IN omni intellectuali natura, ad potentiam cognoscendi, & intelligendi, sequitur cum proportione potentia appetendi, seu volendi, & amandi, quae voluntas dicitur: & ideo post disputationem de intellectu, & scientia Angeli, dicendum sequitur de eius voluntate. Quae res multo breuius expediri poterit, tum quia, cum intellectus sit prior potentia, multa, quae de illo dicuntur, possunt cum proportione ad voluntatem accommodari: tum etiam, quia modus operandi voluntatis simplicior est, & paucioribus indiget, quia non vtriusque specibus, sicut intellectus: tum denique quia omnia fere, quae de voluntate angelica dicitur a nobis possunt, sunt voluntati humanae communia, ideoque illa in proprium tractatum de Anima, & in generalem doctrinam moralem remittemus. Primum erit, ea, quae ad voluntatem Angeli, obiectum, & actus pertinent, summam proponemus. Deinde de modo operandi angelicae voluntatis, quoad peculiarem usum libertatis eius considerabimus. Poitea vero, aliqua specialia de actibus, & habitibus huius potentiae declarabimus.

eam remitto, & in tractatu 3. aliquid de Anima dicemus: nam eadem fere ratio est de Angelis, vt ibidem illorum substantiam dicemus. Denique haec sententia aptior est ad locum distinctam quendum de variis actibus Angelorum, & ideo illam est vt probabilior supponimus. Et simili ratione supponimus tertio, esse hanc potentiam in Angelis Tertiam sup ab intellectu distinctam, vt D. Thomas supra art. 2. posuit. docuit, quia obiectum, & actus eius multum ab obiecto, & actibus intellectus differunt, vt per se clarum est, & de Anima suo loco dicemus. Vnde rationes, quas D. Thomas dicit art. 2. ad probandam hanc, & praecedentem assertionem asserit, communes sunt Angelis, & hominibus: ideoque illas nunc praetermittimus. Quarto supponimus hanc potentiam in vnoquoque Angelo esse vniam tantum, sicut est etiam in nobis, quia potentia intellectualis vna est, ergo & vna voluntas. Probatur consequentia, cum quia voluntas sequitur intellectum, & ideo seruat proportionem ad illum, estque tam vniuersalis potentia in sua specie, sicut intellectus in sua, ac proinde sicut non multiplicatur intellectus, ita neque voluntas. Tum etiam quia sicut intellectus Angeli habet vnum obiectum vniuersale, sub quo omnia intelligibilia ab ipso comprehenduntur, ita voluntas habet vnum adaequatum obiectum adeo vniuersale, vt sub illo cuncta ab Angelo amabilia comprehendantur: ergo sicut intellectus est vnus tantum ratione sui obiecti, ita & voluntas.

Quinto igitur ad hoc magis declarandum supponimus, obiectum adaequatum voluntatis angelicae esse bonum in communi, seu (quod perinde est) ens sub ratione boni. Quia bonum cognitum est obiectum appetitus elicit, sed intellectus non solum cognoscit, & proponit hoc, vel illud bonum, sed obiectum vniuersale bonum, & ipsam communem rationem boni, ergo voluntas totum hoc, vt adaequatum obiectum respicit. Possimus ergo in hoc obiecto, materiale, & formale, sicut in aliis distinguere. Materialiter ergo voluntas Angeli versatur circa Deum, circa seipsum, circa alios Angelos, circa homines, & suo modo circa alias creaturas, quatenus in omnibus aliqua ratio boni inueniri potest. Formaliter etiam non solum attingit vniuersalem rationem boni, sed etiam particulares sub illa contentas. Quales sunt ratio boni per se amabilis, vt est honestum, seu per se conueniens naturae, aut delectabile. Et ratio boni propter aliud, qualis est ratio utilis. Nam in his omnibus inuenitur ratio appetibilis: & ideo sub illis omnibus potest voluntas Angeli versari, sicut humana. Et hinc est, vt possit in finem, & in media ferri: ac propterea vtraque sub adaequato obiecto suo comprehendat, quamuis inter ea finis se habeat, vt formale, medium vt materiale volitum: sicut in nobis, ita & in Angelis.

Nec adaequationi huius obiecti obstat, quod voluntas non tantum circa bonum, sed etiam circa malum operetur, vt statim dicemus. Quia non operatur circa malum, appetendo, sed fugiendo, vel si est ad obiectum aliquid ibi appetit, est, volendo destructionem malum voluntati, quae bona est. Et ideo D. Thom. dicit quae 59. art. 2. in ratione argument. Sed contra, absolute dixit, voluntatem tantum

Voluntas dicitur vtriusque specibus in operando.

1. Supponimus primo, vt certum, dari in Angelis hanc facultatem, quia sunt naturae intellectuales, & omnis natura cognoscens habet appetitum elicitum, qui in intellectualibus dicitur voluntas. Estque haec veritas de fide certa, nam in sacra Scriptura opera voluntaria Angelis tribuuntur, & ita dicuntur ministri Dei, qui faciunt voluntatem Dei, Psalm. 102. quod non dicitur nisi de his, qui voluntatem habent, & voluntarie seruiunt. Vnde apocal. 7. vnus Angelus ad alios, tanquam voluntatem habentes, clamabat, nolite nocere terra, & mari &c. Vnde illis tribuitur desiderium, 1. Petr. 1. in quem desiderant Angeli prospicere: & peccatum, 2. Petr. 2. quae sunt voluntatis opera: vbi autem sunt actus, potentiam etiam inesse necesse est. Apriori probat hoc D. Thom. 1. p. quae 59. artic. 1. quia ad omnem formam sequitur inclinatio, & appetitus. Vnde ad formam naturalem sequitur appetitus naturalis, ad formam apprehensam per sensum, sequitur appetitus sensitivus, ad apprehensam per intellectum, sequitur appetitus intellectualis, qui est voluntas. Qua ratione vtitur, tam in voluntate diuina, quam in angelica, & humana natura. Et ideo hic illam amplius exponere non erit necessarium.

Ratio ad priorum D. Thomae.

2. Secundo supponimus voluntatem in Angelis esse potentiam ab illorum substantia distinctam. Nam in hoc eadem est ratio de illa, quae de intellectu, pertinetque ad generalem quaestionem de distinctioe potentiarum a substantiis, quam in Metaphysica Suarez de Angelis.

Quarta supponitur, quod voluntas vniuersalis est in singulis angelis.

3. Quinta supponitur, quod obiectum adaequatum voluntatis angelicae esse bonum in communi, seu (quod perinde est) ens sub ratione boni. Quia bonum cognitum est obiectum appetitus elicit, sed intellectus non solum cognoscit, & proponit hoc, vel illud bonum, sed obiectum vniuersale bonum, & ipsam communem rationem boni, ergo voluntas totum hoc, vt adaequatum obiectum respicit. Possimus ergo in hoc obiecto, materiale, & formale, sicut in aliis distinguere. Materialiter ergo voluntas Angeli versatur circa Deum, circa seipsum, circa alios Angelos, circa homines, & suo modo circa alias creaturas, quatenus in omnibus aliqua ratio boni inueniri potest. Formaliter etiam non solum attingit vniuersalem rationem boni, sed etiam particulares sub illa contentas. Quales sunt ratio boni per se amabilis, vt est honestum, seu per se conueniens naturae, aut delectabile. Et ratio boni propter aliud, qualis est ratio utilis. Nam in his omnibus inuenitur ratio appetibilis: & ideo sub illis omnibus potest voluntas Angeli versari, sicut humana. Et hinc est, vt possit in finem, & in media ferri: ac propterea vtraque sub adaequato obiecto suo comprehendat, quamuis inter ea finis se habeat, vt formale, medium vt materiale volitum: sicut in nobis, ita & in Angelis.

4. Quomodo malum spectatur circa malum, appetendo, sed fugiendo, vel si est ad obiectum aliquid ibi appetit, est, volendo destructionem malum voluntati, quae bona est. Et ideo D. Thom. dicit quae 59. art. 2. in ratione argument. Sed contra, absolute dixit, voluntatem tantum

tum esse bonorum, intellectus autem bonorum, & malorum, quia intellectus quasi per se, & directe versatur circa utrumque: voluntas autem circa malum solum quasi obliquè, eius destructionem appetendo, versatur. Denique de toto hoc obiecto cum proportione in voluntate angelica, sicut in humana loquendum est, & ideo circa illud amplius nunc non immoramur. Solent autem hic quaeri, an voluntas Angeli, & animæ nostræ sit eiusdem speciei, & consequenter, an voluntates Angelorum inter se specie differant, sed non est dubium, quin ita differant voluntates, sicut & essentia à quibus manant. Vnde quæ de intellectibus diximus, hic applicari possunt, & sufficiunt, & in materia de Anima, aliquid addemus, nam cognito utroque extremo melius comparatio fiet.

Sexto ex dictis concludit D. Thomas *dist. q. 59. art. 4.* non esse in Angelis appetitum irascibilem, & concupiscibilem. Quod tribus modis potest intelligi. Primo ut non sit in Angelis potentia eliciens affectus iræ, & concupiscentiæ cum passione sensibili, & corporea, sicut in nobis sunt, & in hoc sensu videtur loqui D. Thomas ibi, respondendo ad argumentum secundum, & tertium. Estque res per se nota, supposita veritate in libro primo demonstrata, Angelos neque sentientes esse, nec corporeos. Et ideo merito Caiet. dixit in hoc sensu non esse quaestionem locum. Secundum sensum esse potest, in Angelis non esse appetitum, qui proprios, & formales actus iræ, vel concupiscentiæ eliciat. Quem sensum videtur D. Thom. insinuare in solutione ad primum, dum ait, furorem, & concupiscentiam metaphorice demonibus tribui à Diony. cap. 4. de diuin. nomin. p. 4. *Sicut ira*, inquit, *interdum Deo tribuitur propter similitudinem effectus.* Verum tamen dicendum est, omnes actus harum potentiarum formaliter sumptos, id est, secundum præcisam rationem actuum elicitorum ab appetitu, abstrahendo à modo materiali, & inuolente cooperationem corporis, proprie, & formaliter in voluntate Angeli inueniri. Hoc de diuina voluntate, vno, vel alio actu includente imperfectionem in obiecto formali, excepto, vidimus in superiori tomo lib. 3. de diu. attributis. c. 5. Vnde multo facilius, & cum maiori proportione in voluntate angelica inuenitur.

Sex enim actus tribuuntur concupiscentiæ sensibili, scilicet, tres circa bonum, amor, concupiscentia, & delectatio: & tres circa malum, scilicet, odium, fuga, & tristitia, seu dolor. Ex primis autem tribus actibus, amor, & delectatio in omni proprietate inueniuntur in Deo, & consequenter etiam in Angelis, & in omni voluntate. Solent autem diuersis nominibus appellari, ut amor voluntatis specialiter vocatur dilectio, vel charitas, & delectatio, gaudium, voluptas, ut specialis voluntatis perfectio indicetur. Communiter tamen etiam voluntati tribuuntur hi actus sub nominibus communibus appetitui sensitiui, quia genericam conuenientiam inter se habent. Vide D. Thom. 1. 2. q. 26. art. 3. q. 31. art. 3. & 4. Et eadem fere ratio est de actu concupiscentiæ, si enim nomen attendamus, solet maxime tribui sensitiuæ concupiscentiæ, quæ cum passione corporis sit: imo etiam in illa sæpe solet in malam partem accipi pro inordinato actu, vel in obiecto, vel in modo, quamuis nomen generale sit, indicans tamen modum appetendi sensibilem, & materiale. Et in hoc sensu dicit D. Thom. *d. art. 4. ad 1.* concupiscentiam Angelis metaphorice tribui. Nihilominus illi respondet in voluntate desiderium, quod est appetitio spiritualis boni non habiti, quod generaliori modo concupiscentia proprie dici potest, abstrahens à modo concupiscendi cum passione corporis, vel sine corporis motione. Vide D. Thom. 1. 2. q. 3. art. 1. Idemque dicendum est de aliis tribus actibus, qui versantur circa malum, quia contrariorum eadem est ratio, quantum est ex parte ipsorum. Nam ex parte subiecti potest interdum esse incapacitas alicuius ex his actibus, propter imperfe-

ctionem quam supponit. Et sic diximus in superiori tomo, in loco allegato, in Deo non posse esse tristitiam, quia supponit poenitentiam alicuius mali inuoluntarii. At vero in Angelis ex natura sua spectatis etiam hic actus inueniri potest, quia sunt mali capaces, & ita in malis angelis inuenitur, sicut & in nostra voluntate, quæ tristitia solet etiam dolor appellari, quamuis nomen doloris generalius sit, ut videlicet in D. Tho. 1. 2. q. 35. art. 2. In voluntate autem sanctorum Angelorum hic actus locum non habet, propter beatitudinis statum.

Simili modo discurrendum est in actibus irascibilis, qui numerantur quinque, scilicet, spes, desperatio, audacia, timor, & ira. Nam de quatuor primis clarum est de se abstrahere ab actibus appetitus sensibilibus, & rationalis, & cum omni proprietate, imo fortasse cum maiori in sola voluntate, etiam angelicalo locum habere. Nam licet in Deo esse non possint, propter imperfectionem impotentia, & ignorantia, seu nescientia, quam supponunt, ut in citato loco dixi: in Angelis vtraque imperfectio inueniri potest, quia & limitata potentia sunt, & futuros euentus sæpe ignorant, & ideo ex natura sua sperare possunt, & timere, &c. De ira vero videtur D. Thom. in *d. solutione ad 1.* docere, Angelis tribui solum metaphorice, & expressius id docet q. 63. a. 2. *ad secundum.* Aliis vero in locis iram debent esse appetitum vindictæ, quæ ad iustitiam pertinet: ita habet in 1. 2. q. 46. a. 2. in *argumento, sed contra*, ex August. 1. 4. de *Ciuit. c. 15.* & *lib. 2. Confess. cap. 6.* & idem repetit in eadem q. art. 4. & in *corp. & ad 2.* & art. 7. vbi concludit ad eosdem pertinere iram, ad quos pertinet iustitia. Et ideo in q. 47. art. 1. ad 1. addit, in Deo esse iram secundum iudicium iustitiæ, ut latius dixi in *d. de iustitia Dei, sess. 5. n. 2.* vbi aduertit, quaestionem esse posse de nomine, tamen vntendo illa voce ad significandum specialem actum appetendi vindictam pro iniuria illata, non est dubium, quin Angelis sint capaces iræ, sicut & iniuriæ, & vindictæ. Vnde ira sic generatim sumpta imperfectionem non inuoluit, & Deo tribuitur proprie, in illa significatione sistentio. Alio vero modo duas imperfectiones potest includere. Vna est ex parte subiecti, quia sit cum passione corporis, exercet enim sanguinem, & bilem, & sic clarum est non inueniri in Angelis. Alia est quod supponit dolorem, seu tristitiam, velut causam excitantem iram, vel ut obiectum, quia irascitur quis de dolore fibrillato: & quoad hoc etiam potest in Angelis reperiri, quatenus doloris capaces sunt. Et hoc modo in demonibus proprie inuenitur. Dionysius autem illam sub nomine furoris eius attribuit, quæ vox magis solet passioni vehementi iræ attribui: & ideo dixit D. Thom. metaphorice de Angelis dici.

Tertius sensus est, non esse in Angelo plures potentias elicientes hos actus, sed ab vna omnes fieri. Et ita est etiam assertio certa, nec de re superest difficultas. Nam omnes isti actus ab eadem potentia in Angelis sunt, & ita non sunt in eis irascibiles, & concupiscibiles tanquam duæ potentie distinctæ, secundum rationem autem, & inadæquatum conceptum nihil verat, quominus ita concipi possint. Quod voluit Scot. 3. *dist. 16.* æquiparans in hoc voluntatem cum appetitu sentiente, quia etiam in appetitu non ponit inter illa duo maiorem distinctionem, de quo suo loco dicemus. Et ita obiter exposuimus in voluntate Angeli actus illos, qui secundum generalem rationem in appetitu sensitiuo inueniuntur: de quorum distinctione inter se, & inuicem usque proprietate, in tractatu 3. huius libri dicturi sumus. De aliis vero actibus propriis nostræ voluntatis, ut sunt intentio, electio, & similes, quomodo in voluntate Angeli inueniantur, in sequentibus capitulis aliquid dicemus.

Vtrum Angelorum voluntates inter se, & similes ab humana differant specie.
Lib. 2. ca. 2. n. 15.
Vide disp. 12. de Anima. q. 2. re. missiue.
5.
Sexta suppositio ex D. Thom. in Angelis, non esse appetitum irascibilem, & concupiscibilem.

6.
Qui actus concupiscibiles sunt in Angelis.

Desiderium

